



Universitätsbibliothek Paderborn

Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Avgvstinvs

In Qvo Genuina sententia profundissimi Doctoris de Auxilio gratiæ medicinalis Christi Salvatoris, & de prædestinatione hominum & Angelorum proponitur, ac dilucidè ostenditur

Jansenius, Cornelius

Lovanii, 1640

74. Iisdem rationibus utuntur ad prædestinationem & gratiam suam asserendam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13704

CAPVT QVINTVM.

Quibus utrique armis pugnauerint; quibus gradibus in illam sententiam lapsi sint.

NOTA LXXIV.

Isdem rationibus utuntur ad predestinationem & gratiam suam afferendam.

CVM ergo error Massiliensium, & opinio recentiorum tam accuratè inter se consentiant, ut exceptis ijs quæ recentiores addiderunt, unam eandemque sententiam arbitrari quis posset, isdem quoque argumentis, & armis usi sunt ad eam fundandam tuendamque; Rationibus, Scripturis, Patribus; eodem lubrico in præcipitium ducti. De rationibus nihil est quod ulterius fatigamus, cum eas abunde in præcedentibus, tetigerimus. Nam pleraque quæ contra prædestinationem & gratiam utriusque eadem omnino protulerunt, humane rationationis ebullimenta, & carnalis præsumptionis terrena-menta fuisse vidimus: quæ vel præsentissimum interitum suum à solo Deo & incertâ ejus voluntate dependere formidat. In his igitur isdem prorsus comminiscendis, simillimos eos fuisse demonstravimus.

NOTA LXXV.

Isdem quoque Scripturis eodem modo explicatis.

QVOD si scripturas consulamus, quibus Christiana fides niti debet, liquidò profectò deprehendet quisque curiosior, Scripturas pleraque, & pene omnes capitales & fundamentales, ex quibus prædestinationem suam & gratiæ movuolum utriusque fabricarunt, eodem ab utriusque modo expositas esse: quarum explanatione, relicto Aug. duce gratiæ peritissimo, vel ab ipso Pelagio, vel à Pelagianizantibus, vel auctoribus, quos ipsimet subinde suspectos esse profitentur, Græcis ceriverint. Quod nisi ad oculum offendi posset, nemo modestior, facile crederet. Aliquis igitur operæ pretium est in medium adducere; ne quis verba potius, quam res ipsas sibi dari arbitretur.

Primus igitur locus de prædestinatione capitalis est apud Apostolum: *His qui secundum propositum vocati sunt sancti.* Quem Lessius ita exponit, ut secundam propositum vocari nihil aliud sit, quam *non secundum opera, sed ex gratuito Dei beneplacito, hoc est, gratis.* Quod quamvis etiam illo loco significetur, hoc tamen locum duntaxat significari, & non simul completam prædestinationem seu voluntatem conferendæ efficacem gloria, ab Aug. mente valde alieni est: sicut hoc ipse Lessius non diffidetur: *Quam vim habeat ista prædicta, inquit, iuxta mentem sancti Scriptura, infra ostendetur: ut vero usurpata à divo Aug. habeat aliquid obscuritatis, & fatetur signis care prædestinationem completam, & convenire solum salvandis.* Quasi Aug. non iuxta mentem laice Scripturæ phrasin istam explicasset. sed Lessius. At Pelagius hoc ipsum eodem modo sibi voluit, quâdo locum explicans in Commentariis, *quis gratis, inquit, vo-*

A cavet ad salutem &c.

Alter est ibidem: *Nam quos præcavit & prædestina- vit conformes fieri imaginis filij sui.* De quo loco Lessius: *hic locus rectissime sic explicari potest: quos præcavit, id est, quorum præcavit fidem & dilectionem, eos prædestinavit ut essent similes filio, citatque Origenem, qui Pelagij in Scripturis & rationibus eadem dicit, totaque Pelagianâ heresi formandâ Magister fuit, ut alibi declaratum est. Et eundem in obscura illa quæstione non pauci Græci in quibusdam infeliciter imitati sunt. Eodem igitur modo explicat Pelagius: Ergo quos prævidit conformes futuros in vita, voluit ut fierent conformes in gloria.*

Tertius: *quis accusabit adversum Electos Dei.* Vbi omnes omnino iustos Lessius putat Electos dici, & non solos eos, qui ad gloriam destinati sunt, ut Aug. intelligere solet. Eodem modo intelligit & Pelagius & Ambrosiaster Semi-Pelagianâ heresi plenus: *Quos Deus eligit credentes, inquit Pelagius, ac signis & virtutibus iustos ostendit; & expressi aliquoties notat de omnibus sermonem esse.*

Quartus, *Miserere, & cui miserere &c.* Lessius exponit, quod *Deus potest suam gratiam dare cui placuerit, placeat autem credentibus.* Pelagius vero: *Illius miserere quem præcavi misericordiam per se promereri, necope per fidem de qua tractabat scriptum Ambrosiaster tradit, & Faustus: Quem iustum esse perspexerit.*

Quintus: *Igitur cuius vult miserere, & quem vult inducat.* Lessius: *Respicit ad incredulos Judæos, & gentes credentes; illos in peccatis & infidelitate obduri similes, horum vero vult miserere, quia fidem Christi amplectuntur.* Eundem Commentarium respicit Iulianus, quando locum sic interpretandum judicavit, ut dicendo, *miseretur cui voluerit, significaret, cui debuerit: videlicet, quia miseretur credentium, obdurat incredulos.* Et ipse Pelagius eundem insinuat in Commentario Epistolæ ad Romanos.

Sextus: *Reliquia secundum electionem gratiæ salvæ facti sunt.* De quo Lessius: *Loquitur de omnibus, qui ex Judæis crediderunt, quia non ex operibus legis ad fidem adducti.* Pelagius: *Electio gratiæ fides est, sicut opera Electio legi.*

Septimus: *Electio autem consecrata est.* Lessius: *omnes qui ex Judæis et e gentibus, vocantur electi.* Pelagius: *Qui per fidem electi sunt.*

Octavus: *Liber vita*; in quo à Lessio intelliguntur scripti omnes iusti; ne solis prædestinatis competeret. Eodem modo Ambrosiaster: *Erant scripta nomina eorum in libro vite propter iustitiam, sicut dicit.*

Nonus locus ille celebris: *Firmum fundamentum Dei stat.* Exponit Lessius fundamentum esse *Electos omnes ex operibus iustitiæ seu iustos, qui signati sunt ab æterna divina presentia.* Et paulo post: *Mibi tam valde verisimile est agi de omnibus, qui in fide firmi ab hereticis non possunt perverti.* Pelagius, fundamentum firmum exponit eos, *in quorum corde fides Christi erat fundata, non sunt seducti, vel moti, &c.* Deo illos aptimos cognoscente. Vbi similiter vides & fidem &c.

Rem.?
Lib. de præd.
Sanct.
Ess. lib. de
præd. lib. 4.
n. 47.

Pel. in Com.
Loci.
Lib. de præd.
sect. 2. n. 6.
Lib. 6. d. be-
reth. Pel. 23.
14. 15. 16. 17.
Pel. in Com.
Loff. abid. sect.
3. n. 30. & 31.
In Comm.
Loff. sect. 3.
n. 33.
Paul. lib. 1.
cap. 13.
Loff. de præd.
sect. 3. n. 34.
Vide lib. 1.
oper. imp.
apud Aug.
Al cap. 9. in
fine vers. 43.
Ibid. n. 38.
In Comment.
Ibid. n. 40.
In Commen.
1. 9. ad Rom.
Loff. n. 42.

